

Abbati et Conuentui in Esrom duo bool. in terris in campo geeslef, cum octo fundis. ibidem sitis. que Johannes iacobson. eisdem dominis in testamento legauit. que quidem bona omnia Nicholaus tuweson de klapæthorp. Andreas pætersen de bældorp et Nicholaus iæcobson de Harthagher, omni iuri suo si quod eis in dictis bonis et bool, post mortem predicti iohannis iæcobson competebat, omnino renuntiantes. per apertas suas litteras prenominate dominis Abbati et Conuentui perpetuo possidenda resignauerunt, cum omnibus eorundem fructibus prout sunt ipsis dominis Abbati et conuentui in placito nostro iustitiario liberius adiudicata. Adiudicamus iure perpetuo possidenda. Vnde per gratiam nostram districtius inhiemus ne quis cuiuscunque condicionis aut status existat. predictos dominos super huiusmodi bonis et bool. decetero audeat aliquatenus infestare. siue in aliquo perturbare. Prout indignacionem nostram et vltionem condignam duxerit euitandam Datum sub secreto nostro. Anno domini M^o.C^oC^oC^o trecessimo(!) in profesto beati valentini martiris. Testibus dominis Andrea Niclason de ingælstorp. Nicholao kyrningh et petro niclæsson de stothaugh militibus iusticiariis nostris.

2761.

1330 d. 15 Febr.

Lund.

ANDREAS PETERSSON af Bollerup intygar, att han, jemte Nils Jakobsson och Nils Tuweson af Klapathorp, afstått till Esroms kloster de 8 tomter i Gislöf, som Johan Jakobsson dit testamenterat. (Jfr N:o 1991, 2760).

Codex Esrom. perg. på Univers. Bibl. i Köpenhamn, fol. 175.

Omnibus presens scriptum cernentibus, ANDREAS PÆTERSON de boolthorp, Salutem in domino sempiternam. Tenore presencium protestor. quod bona in geeslef scilicet octo fundi. cum eorum attinentiis, que iohannes iacobson reuerendis dominis Abbati et Conuentui in Esrom in testamento suo legauit. per me et reuerendos dominos. Nicholaum iacobson et Nicholaum twesson de klapathorp. iuste et legaliter eisdem dominis fuisse resignata. sicut in litteris eorundem dominorum super hoc confectis et nostris sigillatis plenius continetur, de cetero eciam nunquam per me. nec per meos successores supra dicta bona omni inpedimento remoto aliquatenus debeant inpediri. Datum lundis. Anno domini. M^o CCC^o. tricesimo in Crastino valentini meo sub sigillo.